(145)
DEPOZIT SERV. ARHIVELOR STATULUI

Martinus Galshovay, Blasius Galshovay, Gaspar Nagy, Joannes
Balatffy, Memoriae commendamus tenore praesentium quod Nobilis domina Elena
Gerib coram nobis constituta personaliter onera et quaevis gravamina
liberorum a se procreatorum filiorum et filiarum necnon cunctorum
fratrum proximorum et consanguineorum suorum quos infrascripta bona
et iura possessionaria tangere et concernere possent super se assumendo
oraculo vivae vocis suae confessa est libere et sponte in hunc modum.
Quomodo ipsa matura inter se deliberatione praehabita pro certis et arduis
suis negotijs ipsorum ad praesens summe urgentibus quandam
sessionem et iobagionem Longa truchia vocatum in facie in contrata Albensi
existentem, in residentia ipsum iobagionem sessionemque per concambialem
commutationem concernendam, et aliam sessionem desertam in qua olim ipse
Longa truchia habitasset, nunc vero cum aedificio carentem, et tamen exsi-
stens ubi olim Petrus Kis domum aedificaverat cum dicta tantum, In summa
totam et integram portionem suam, simul cum cunctis ad easdem sessiones
utilitatibus pertinentiis, ut terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis,
pascuis, campis, sylvis, nemoribus, rubetis, spinetis, arundinetis, aquis et
aquarum decursibus, piscinis, piscaturis, piscinarumque ac molendinorum locis,
generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo
vocitatis ad easdem sessiones de iure et antiquo spectantibus et pertinen-
tibus ac similiter cum cunctis utilitatibus proventibus et emolumen-
tis ipsi venerabili viro Urbano Coppani pastori ecclesiae oppidi Enyed et
generosae dominae Annae Chegezy consorti eiusdem, ipsorumque haeredibus
et posteritatibus universis pro quinquaginta florenis monetae currentis
Ungaricalibus coram nobis realiter et cumulatis pignoris titulo dimittens ac
infra tempus redemptionis inscripsit et commisit, [illegible] dedit contulit et
inscripsit, coram nobis tenendum possidendum simul et habendum, eo tamen modo quod
dictus Urbanus aut coniunx quandocunque temporis succursu ipsa domina
Elena Gerib vel liberi eiusdem redimere voluerint rehabitis florenis quin-
quaginta et cumulatis dictum Urbanum Coppani et dominam Annam coniugem
easdem remittere tenebantur, hoc addito quod si aliquid substrahendi [illegible]
fuerit, iuxta aestimationem aedificationis cum summa persoluta remittere tenea(n)tur
et tenebuntur. In cuius rei testimonium et firmitatem litteras nostras
sigillo usuali obsignatas fieri voluntate porrigendum et consensum a nobis
expetiit. Datum in Bocskafalva 4 die Februarii Anno domini
Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo

Joannes Balatffy manu propria
Blasius Galtin manu propria

Idem qui supra

1582. Febr 4
I/70.